

N<sup>o</sup> 12 Sen 2 1812

MARTYROLOGIVM

ROMANVM

ad nouam Kalendarij rationem & Ecclesiasticæ  
Historiæ veritatem restitutum,

GREGORII XIII PONT. MAX.

IVSSV EDITVM,

CÆSARIS BARONII SORANI

ex Congregatione Oratorij S. R. E. Presb. Cardinalis  
Tit. SS. Nerci & Achillei, & S. Apostolicæ Sedis  
Bibliothecarij NOTATIONIBVS illustratum.

*Novissima & correctissima huic editioni seorsim accedit VETVS  
ROMANVM MARTYROLOGIVM, hæctenus à Cardi-  
nale BARONIO desideratum, unâ cum MARTYROLO-  
GIO ADONIS, ad MSS. exemplaria recensito, opera &  
studio HERIBERTI ROSWEYDI è Soc. IESV.*



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

M. DC. XIII.

SANCTISSIMO  
ET BEATISSIMO  
PATRI ET D. N.  
SIXTO QVINTO  
PONT. MAX.

CAESAR BARONIVS SORANVS  
*Congregationis Oratorij Presbyter S.*



CONFECI, Pater Beatissime, non medio-  
cri sanè labore ac diligentia, in Martyro-  
logium Romanum, annis proximis re-  
stitutum, Notationes ad omnem Eccle-  
siasticæ antiquitatis historiam illustran-  
dam accommodatas; quibus multiplices  
difficultates, multisque interdum obscuritatibus inuolu-  
tas, explicare, pro mea ingenij mediocritate sum conatus.  
Id mihi, vt facerem, mandauerat vir singulari pietate,  
summa eruditione, piæ recordationis Gulielmus Sirletus  
Cardinalis & Bibliothecarius Apostolicus; qui Marty-  
rologio iam Romæ edito, cum à plerisque viris bonis &  
studiosis, multarum quæstionum, vt fit, explicationem  
requiri, vberioresque rerum notitiam desiderari animad-  
uerteret; eorum siue dubitationibus, siue desiderio satisfi-  
feri, siue commodo atque utilitati consuli, hac potissi-  
mùm ratione cupiebat. Illius ergo amplissimi Cardinalis  
auctoritate permotus, plus fortasse oneris suscepi, quàm  
ferre possem; suscepi tamen, diuinæ gratiæ præsidio fre-  
tus. Tametsi ad hanc scriptionem non omnino imparat-  
us accesserim; qui multos iam annos in tota Ecclesiastica  
historia tractanda, & accurata in primis temporum di-  
stinctione disponenda, ita versor, vt non solum peruul-

# MARTYROLOGIUM ROMANVM

SINGVLIS ANNI DIEBVS

IVXTA NOVAM KALENDARIIRATIONEM  
ACCOMMODATVM.

IANVARIVS.

Kalendis<sup>a</sup> Ianuarij. <sup>b</sup>Luna.

A.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	f
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
t	u	A	B	C	D	E	f	F	G	H	M	N	P			
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1			



IRCVMCISIO<sup>o</sup> Domini nostri IESV Christi, & Octava Natiuitatis eiusdem. Romæ sancti Alma-  
chij<sup>d</sup> martyris, qui, iubente Alipio Urbis Præfe-  
cto, cum diceret: Hodie Octauæ Dominici diei  
sunt, cessate à superstitionibus idolorum, & à sacri-  
ficijs pollutis: à gladiatoribus occisus est. Ibidem  
via Appia coronæ<sup>e</sup> sanctorum Militum triginta

martyrum sub Diocletiano Imperatore. Item Romæ sanctæ Marti-  
næ<sup>f</sup> virginis, quæ sub Alexandro<sup>g</sup> Imperatore diuersis tormentorū ge-  
neribus cruciata, tandem gladio<sup>h</sup> martyrij palmam adepta est. Apud  
Spoletum sancti Concordij presbyteri<sup>i</sup> & martyris, temponibus An-  
tonini<sup>k</sup> Imperatoris: qui primò fustibus cæsus, dehinc equuleo suspen-  
sus, ac postea in carcere, maceratus, ibique angelica visitatione conso-  
latus, demum gladio vitam finiuit. Eodem die sancti Magni<sup>l</sup> martyris.  
Cæsareæ in Cappadocia depositio S. Basilij<sup>m</sup> Episcopi, cuius celebri-  
tas decimo octauo Kalendas Iulij, qua die ordinatus fuit Episcopus,  
potissimùm recolitur. In Africa beati Fulgentij<sup>n</sup> ecclesiæ Ruspensis  
Episcopi, qui tempore VVandalicæ persecutionis, ob Catholicam fi-  
dem, eximiamque doctrinam ab Arianis multa perpeffus, & in Sardi-  
niam relegatus, tandem ad propriam ecclesiam redire permissus, vita  
& verbo clarus, sancto fine quieuit. In territorio Lugdunensi, mona-  
sterio Iurensum, sancti Eugendi<sup>o</sup> abbatis, cuius vita virtutibus & mi-  
raculis plena refulsit. Apud Siluiniacum sancti Odilonis<sup>p</sup> abbatis  
Cluniacensis, qui primus commemorationem omnium fidelium de-

A

fun-

V E T V S  
R O M A N V M  
M A R T Y R O L O G I V M

H A C T E N V S  
A C A R D I N A L E B A R O N I O  
D E S I D E R A T V M

E T  
A D O N I S V I E N N . A R C H I E P I S C .  
M A R T Y R O L O G I V M

ad M S S . e x e m p l a r i a r e c e n s i t u m

O p e r à & s t u d i o H E R I B E R T I R O S V V E Y D I V l t r a i e c t i n i  
S o c i e t a t i s I E S V T h e o l o g i .



A N T V E R P I Æ ,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A

A p u d V i d u a m & F i l i o s I o a n n i s M o r e t i .

M . D C . X I I I .

MARTYROLOGIUM  
ADONIS  
ARCHIEPISCOPI  
VIENNENSIS.

A P P R O B A T I O.

**H**OC Vetus Romanum Martyrologium, hæctenus à Cardinali Baronio desideratum, vnà cum Adonis Viennensis Archiepiscopi Martyrologio ad m s s. exemplaria recensito, operâ & industriâ R. Patris Heriberti Rosweydi Ultraiectini, Societatis IESV Theologi, multum splendoris & vtilitatis Ecclesiæ adferet contra horum temporum hæreticos, qui ex professo Sanctorum (cum quibus partem non habebunt in æternum) obscurationi student. Quod testor 14. Augusti, anno M. D. C. XIII.

*Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus &  
Plebanus Antuerpiensis, librorum Censor.*

S V M M A P R I V I L E G I I.

**A**LBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantia, &c. Serenissimorum Belgicæ Principum Priuilegio cautum est; nequis *Vetus Romanum Martyrologium, hæctenus à Cardinale Baronio desideratum, & Adonis Viennensis Archiepiscopi Martyrologium ad m s s. exemplaria recensitum, operâ & studio Heriberti Rosweydi Ultraiectini Societatis IESV Theologi*, præter Martinæ Plantinæ viduæ & Balthasaris & Ioannis filiorum Io. Moreti p. m. voluntatem vlllo modo intra octennium imprimat, aut alibi impressum in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaléve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XXIX. Augusti, M. D. C. XIII.

Signat.

*Buschere.*

E R R A T A.

- Pag. 3. xxij. Jan. In Spanijs ad aquas Siluias, lege Ad aquas Siluias; & in Spanijs, iunge priori lineæ in fine. Error hic in ducentis primis tantum exemplaribus contigit.
- Pag. 40. ij. Julij. Melloprincipi, lege Melloprincipes. ibidem Mellichristiani, lege Mellochristiani.
- Pag. 57. xxiv. Ian. in margine, Euseb. l. 10. cap. 35. ex versione Ruff. scribe, Ruffinus l. 1. hist. suæ cap. 35. Nam decimus ille liber non Eusebij est, sed à Ruffino additus Eusebio.